

LXXVI (1). *Qualiter fieri debeat si predicta correda* (2) *taliter uastarentur quod reparari non possent, et questiones inde* (3) *orirentur inter patronos et mercatores.*

- Si uero contingeret (4) quod arbores siue antenne (5) uel temones, taliter uastarentur quod reparari non || possent, si de hoc questio oriretur inter patronos et mercatores, uidelicet quod patroni dicerent « hoc bene potest reparari », et mercatores, dicerent quod reparari non posset; remaneat hoc in sententia capitanei uel capitaneorum. Si uero fuerint in loco in quo rectoria *pro nobis* (a) et (6) comuni Ueneciarum extiterit, in libertate rectoris uel rectorum illius loci remaneat sententia supradicta; et si fuerint in loco in quo rector uel capitaneus *pro nobis* non fuerit, in maiori parte illorum quinque rectorum nauis sententia illa remaneat. Sententiam uero istam quinque supradicti sacramento dicere (7) teneantur. Uerum namque si sentenciatum per istos supradictos fuerit (8), reparacionem istam minime fieri posse, teneantur et debeant patro || ni uel patronus unum alium coredum, uidelicet arborem, antennam (9) uel temonem, emere, quod sit sufficiens illi nauis. Ita tamen quod patronus uel (10) patroni teneantur tantum dare et soluere ante partem (11), in ipsa arbore uel antenna uel temone (12) qui comparabitur, quantum constiterat ipsa
- A. 222*
A. 223

zione, laddove invece quelli dello Zeno, trattandosi di danni agli alberi, alle antenne e ai timoni, dispongono che li sopportino soltanto i patroni. Mancano negli St. Tiep. le norme di procedura che dettano quelli dello Zeno. (A. S).

Var. in Q: (1) XCI. — (2) *debeant sopradicta coreda si* — (3) *inde omeso.* — (4) *contingerit* — (5) *anthene* — (6) *uel* — (7) *istam predicti quinque dicere* — (8) *nanque si sententia p. i. s. f. data* — (9) *antenam* — (10) *p. u. omeso* — (11) *parte* — (12) *arbore anthena uel timone* —

(a) Aggiunto in margine.